67. *Humbelin* FW, *Humbelin* S, *Hombelin* B, *Hunbelun* PV 63. *Wespa* FWB, *Vuespa* S, (+) PV

69. *Glimo* FWBP, **Gluno* S, **Flimo* V

70. *Megilana* FWS, *Meyglan* B16, *Megelana* PV.

Nur im Textteil von F (71–75) *und* W (73, 74) *ohne Zählung*:

(71.) *Hornize*

(72.) *Wibel*

(73.) Bunbex

(74.) Brucus

(75.) *Aschewurn*

VI-1

FW: capitulum primum

P: primum capitulum

Grifo valde calidus est, et quedam de natura volucrum et quedam de natura bestiarum habet. **2** Nam de natura volucrum ita velox est, ut si eum moles corporis sui non gravaret, **3** *fere velut sagitta velociter volaret.* **4** De natura autem bestiarum homines comedit. Et cum volat in aerem, in calorem ardentem non volat, sed tamen ei aliquantulum appropinquat. **5** Et caro eius ad esum hominis non valet, quia si homo de carnibus illius comederet, multum inde lederetur, **6** quoniam ille nec pleniter naturam volucrum nec pleniter naturam bestiarum in se habet, sed in utraque natura defectum habet. **7** Sed cum tempus instat quod ova sua ponet, speluncam querit interius quidem amplam sed exterius in ore foraminis ita artam **8** et constrictam, quod eam vix intrare potest, **9** et in illa, propter timorem quem de leone habet, ova sua sollicite observat, quoniam leo a longe illa odorat, et si ad ea pervenire poterit, ipsa conculcat et confringit, quia **grifo** ei semper insidiatur, nec eum iuxta se manere patitur virtutem eius dedignans, **10** cum ursum iuxta se patiatur, **11** quia ille debilior leone est. **12** Et ova sua hoc modo ponit quod ea nec splendor solis nec flatus venti tangere possit. **13** Sed nec caro, nec ova eius, nec cetera que in eo sunt ad medicamenta multum valent, **14** quoniam in duabus naturis defectum magis quam perfectionem habet.